

re humidū, est temperiē rei euertere. E-
 uertere temperiē, est turbare mixtionē.
 Mixtio turbata, corruptio est. Coctione
 aut, corrupto remedio simplici, id qd̄ e-
 ducitur minus sincerū est, quā si vel di-
 stillatione Chymica vel extractione se-
 paretur, cūm quod externus humor, il-
 li, non solūm cōpositione vel cōfusione
 accidentali, sed & aliquousq; mixtionis
 quadā specie cōmittatur: tūm qd̄ mul-
 tū illius humiditatis, vnā cum aqua par-
 tim auolet, partim etiā absorbeat̄. Ergo
 quæ in distillatis vel extractis sinceriora
 sunt, suisq; numeris integra magis & ab-
 soluta: ea certē coctio aliene humiditati
 cōmiscuit, & bona tū quātitatis, tū qua-
 litatis portione priuauit. Nō alia ratione
 famē placari alimētorum obiectu, ex eo
 cōstat, qd̄ ab Hippocrate quoq; Fames
 morb⁹ dicat̄: ὅ, ἡ γὰρ αὐτὴ λυπεῖ τὸν αἰθροπον, ἔτο
 καλεῖται νῆστος. Iā si cogitemus, quo pacto
 cibos, ori ingestos, & in vētris capacita-
 tē puolutos, excutiat natura, crassiorib.
 q̄squilijs sepositis ad hepar p̄uehat, in-
 de caloris innati mirifica potestate, ex-
 tractā potiore, magisq; salubri illi⁹ por-
 tione, venarum ministerio ad singulas

L 4 quasq;

*Naturalis
 medicina
 docet Chy-
 micum.
 De flatibus
 num. 22. &
 seq.*